





EXERCITATIO IVRIDICA  
QVAESTIONEM

Vtrum promissio dotis à patre  
facta, existente postea concursu  
creditorum effectum habeat;  
continens

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL  
CVRIAE IN PROVINCIA SUPREMAE NEC NON FACVLT.  
IVRID. ASSESSORE ET ACADEMIAE  
DECEMVIRO

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. X X. DECEMBERIS MDCCCLXXIV.

PVBICE DEFENDET

CHRISTIANVS HENNERICVS WEISKERVS

SCHLEIZA - VARISCUS.

---

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.





V I R O  
PERILLVSTRI ATQVE IVRISCONSULTISSIMO  
**IOANNI CAROLO**  
**BRETSCHNEIDERO**  
CELSISSIMI COMITIS A DOMINI  
DOMINI HENRICI XII IVNIORIS LINEAE RVTHENAE  
**D O M I N I**  
DE PLAVIA, GREIZAE, CRANNICHFELDAE,  
GAERAE, SCHLEIZAE ET LOBENSTEINII  
R E L:  
**CONSILIARIO AVLICO**  
EIVSDEMQVE  
AERARII PVBLICI, ET RERVM METALLICARVM  
IN DITIONE SCHLEIZENSI  
DIRECTORI,

PATRONO SVO SANCTE  
VENERANDO.



VIR PERILLVSTRIS,  
MECENAS OPTIME

**A**e tot tantorumque, quae in me, omnemque  
familiam meam, in primis post mortem b. d.  
aui et patris, contulisti beneficiorum, plane  
immemor et ingratus videar; hanc statim arripio occa-  
sionem, animum meum erga TE obseruantissimum, TI-  
BIQVE obstrissimum, publice testificandi,

Quod si genus scripturæ leue, argumentum huius  
dissertatiunculae minus nouum, minus tanto rerum ar-  
bitrio dignum considero, iure meritoque dubitem, an il-  
lam **NO MINE TVO PERILLVSTRI**  
exorneu.

Perpendens autem, quam **TV VIR OBSE-  
R-  
VANTIA QVAVIS COLENDE**, ad condonan-  
dum pronus sis, magisque TE animi candorem, quam  
rem ipsam respicere; non tam spero, quam plane confi-  
do, fore, vt serena istud in TE meae pietatis specimen  
fronte accipias.

Equidem ad accipiendum magis, quam ad remune-  
randum a natura constitutus, hoc tamen agam, vt supre-  
num in coelis Numen pro salute **TVA**, patriae nobis-  
que omnibus tam necessaria, supplex venerer, vt **TIBI**,

**PATRONE SANCTE VENRANDE**, tam animi,  
quam corporis vices ad gravissima munera **TVA** obeun-  
da suppeditare. **TEQUE** cum perpetuo **SPLENDIS-**  
**SILAE FAMILIAE TVAE** flore, quam felicissime,  
quam diutissime conseruare velit!

Ita plane ex animi sententia vale, **MAEČENAS**  
**OPTIME**, aegramque senectatem, quae eam comites  
sequuntur, expertem quaerelarum, laetus ac optimis  
beatus rebus, plurimos adhuc annos transige, et mibi  
meisque in postetum quoque faue!

Caeterum me habeas

VIR  
IURIS CONSULTISSIME  
NOMINIS TVI PERILLVTRIS

Lipſiae  
d. 20. Decemb.  
MDCCCLXXIV.

CVLTOREM OBSERVANTISSIMVM  
CHRISTIANVM HEN. WEISKERVM



### §. I.

Optimum est iudicium Pauli l. 2. ff. de *Iur. Dot. Republicae* nempe interessu, mulieres dotes saluas habere propter quas nubere pos- sunt. Quamuis enim diuitiae essentiale matrimonii non efficiant, et sine dore quoque subsistant matrimo- nia, maiorem tamen sentit respublica utilitatem, si personae consortium vitae indissolubile contrahentes habeant in bonis, vnde familiam conseruare, et li- beros ex matrimonio progenitos ita educare possint, ne fiant oneri reipublicae, sed ut potius eius incremen- tum promouere et augere possint. Haec potissimum erat causa, cur pater filiam, quam in potestate sua ha- bebat elocare tenebatur. Cum enim caput esset fa- miliae, cuius disciplinae pariter et iurisdictioni iure antiquo educatio liberorum erat commissa, utique eius

eius officio incumbebat, omne studium in id impende-re, ne pereat familia, sed in dies magis magisque cresce-ret. Eum in finem teste Marciano l. 19, ff. de rit, nupt. capite trigesimo quinto legis Iuliae dispositum: Qui liberos, quos habent in potestate: iniuria prohibue-rint ducere uxores vel nubere, vel qui dotem dare non vo-lunt ex constitutione Diuorum Seueri, et Antonini per proconsules praefidesque prouinciarum coguntur in ma-trimonium collocare et dotare. Quod etiam confirmat Iustinianus l. 7. C. de Iur. Dot. verbis: Neque enim le-ges incognitae sunt. quibus cautum est omnino pater-num esse officium dotem, vel ante nuptias donationem dare pro sua progenie.

## §. II.

Quicquid vero de necessitate, quae incumbit pa-tri dotandi filiam ius Romanum disponit, mutatio-nem patitur ex iure Saxonico: Scimus enim per de-cisionem nouissimam XXIX. de anno 1746. expresse esse dispositum, vt pater, qui filiae dotem expresse non promisit, postea ad constituendam dotem non non debeat adigi, sed praesumendum est, filiam doti penitus renunciasse, et a iure competente recessisse. Cum ita solummodo ex pacto leges stringant patrem et filiae ius exigendi substantiam dotis nomine insigni-tam tribuant, incidit hac occasione quaestio, quae, dum

9

---

---

dum saepiuscule in foro obuenire potest, decisionem  
desiderat. Titius nempe filiae suae dum dotem pro-  
mittebat, aere alieno erat grauiori oberatus. Post  
interiectum temporis spatium bonis cedit, et existente  
concursu creditorum, filia ut solutionem quantitatis  
promissae ex massa concursus percipiat, petit.  
Vtrum id de iure fieri possit, vel an petit sit inanis  
quaestio oritur.

### §. III.

Negatiuum sententiam in praxi promereri aplausum, et petitionem hanc in concursu credito-  
tum non habere locum, nisi filia probare possit, pa-  
trem eo tempore quo dotem promittebat, deducto  
aere alieno, in suis bonis quantitatem determinatam  
adhuc habuisse, contendit Illustris Hommelius obseru-  
290. p. 827. addita pronunciandi formula: *Dass der  
verheyrateten Tochter Suehen nicht statt hat, sie könn-  
te und wollte denn in Säffischer-Frist, dem Curatori  
litis dem Gegen Beweiss Gewissens-Rührung und andere  
rechtlische Notbdurfft behältlich, dass zur Zeit als der  
Vater ihr solche Mitgift zugesaget von seinem Vermö-  
gen nach Abzug seiner damahlichen Schulden noch so viel  
als die ihr versprochene Summe betragen, übrig gewesen  
und sie also ohne derer Gläubiger Schaden damahls wohl  
hätte befriediget werden können, wie recht erweisen, so  
ergebet ihrer Location halber ferner was recht ist.*

B

### §. IV.

---

### §. IV.

Ratio decidendi huius aserti procul dubio ea videtur, quod alienationem patrimonii in fraudem creditorum suscepit pater, quae cum legibus sit prohibita, effectum, ut creditores factum patris praestent producere nequit. Expediti enim est iuris, debitorem in praeiudicium creditorum, quibus in eius bonis competit ius, diminutionem patrimonii suscipere haud posse, sed actione Pauliana hanc alienationem dolo malo susceptam esse rescindendam, et id quod, hoc modo ne creditores solutionem percipient alienavit debitor, ad massam concursus esse reuocandum: Cui sententiae accedit *Venuleius l. 25. § 1. ff.* Quae in fraud. credit. Sia fœcero fraudatore sciens gener accepit dotem tenebitur hac actione. Nec alienus ab hac decisione est Imperator *l. 2. C. de renouand. his*, quae in fraud. credit. Si successione patris inquit abstinisti ob ea, quae in dotem data sunt conuenire te creditors nequeunt, quibus pingnora in dotem data, non docentur nisi bonis defuncti non sufficientibus in fraudem creditorum dotem constitutam probabitur; hac ex causa *l. 25. § 1. ff.* Quae in fraud. continetur: filiam certe caue-re oportere restituturam se quod consecuta de dote fuerit.

### §. V.

Alii distinctionem adhibendam esse censem, utrum gener, vel filia petitioni dotis in concursu vrgeat. Illi ius agendi tribuunt, huic autem illud penitus denegant, cuius rei rationem inuenisse putant l. 5. C. de Dot. prom. si pater marito tuo stipulanti dotem promiserit; non tibi, sed marito contra successores ficeri competit actio. Cum itaque Imperator sua dispositione excludat vxorem a petitione dotis et eandem marito solunimodo tribuat, creditoribus exceptionem deficients iuris agendi, eandemque in continentali liquidam competere, argumento legis colligunt. Sed ut saepiuscule euenire solet, ut ea, quae argumento legis causam illustrare debent, probationem adaequatam non efficiant, sed vitio interpretis imputandum est, ut casus diuersos, qui diuersam desiderant decisionem non accurate perpendat, ita quoque de praesenti lege sentiendum est. Punctum etenim, quod Imperator in allegata lege, sua decisione determinat, in eo consistit, quod vxor viuente marito dotem promissam a successoribus ficeri exigere haud valeat. Probat hac ratione id, quod et in aliis legibus dispositum scimus. Constance nempe matrimonio, marito, quamuis ipsi dominium ciuale, quod Doctores plerique affirmant, non tribuo, legitimus tamen est administrator et usufructuarius, quod efficit,

cit, vt vxor circa substantiam nec disponere multo-  
minus eandem vindicare possit. Quae cum discep-  
tionem non moueant, liquido constat, vxori eo tem-  
pore, quo durat matrimonium ius exigendi dotem  
non competere, sed marito incumbere, vt ob ad-  
ministrationem legitime concessam, iura vxoris de-  
fendat. Ast in casu, quando dissolutum est consor-  
tium coniugale aliter sentiendum. Tunc enim esse-  
ctus domini constante matrimonio restricti, quasi re-  
uiuscunt, et viduae ius vindicandi haud denegamus.  
Ait enim Imperator *I. 30. pr. C de Dot. Promiss.* *In rebus do-*  
*talibus siue mobilibus siue immobilibus seu se mouentibus*  
*sit tamen extant. siue aestimatae siue inaestimatae sint, mu-*  
*lierem in his vindicandis omnem habere post dissolutum*  
*matrimonium praerogatiuam iubemus, addita verbis*  
*posterioribus ratione; Non enim, quod legum subti-*  
*litate transitus earum in patrimonium mariti videatur*  
*fieri, ideo rei veritas delata vel confusa est.* His prael-  
missis, unusquisque confiteri cogitur, *legem 5. C. de*  
*Dot. promiss.* quae de constante matrimonio agit ad-  
plicationem in casu, quando dissolutum est matrimo-  
nium haud promereri.

### §. VI.

Verior mihi videtur sententia dotis petitionem  
in concursu creditorum quoque habere locum, eo  
cum

cum effectu, ut solutio dotis promissae ex massa concursus sit praestanda; Ad probandam hanc causam sequentia argumenta sunt in promtu. Si secundum ius ciuile consideraueris causam, constat, leges Romanas patri iniungere necessitatem, ut filiae sub sua potestate constitutae quantitatem certam constituant: Qua propter pater, etiam si falso existimans se filiae suae debitorem esse, dotem promisisset, l. 46 §. 2 ff de Iur. Dot. obligabitur. Imperator enim Iustinianus l. 7. C. de Dotis Promiss dicit, leges non incognitas esse, quibus cautum est, omnino paternum esse officium, dotem vel ante nuptias donationem pro sua dare progenie, addita ratione, ut liberalitas talis remaneat vera et irrevocabilis, ut puro nomine et liberalitas et debitum suum sequantur fortunam. Nec obstat quod pater certam quantitatem expresse non determinauerit, illa etenim semper secundum conditionem, dignitatem et vires patrimonii in regula est praestanda. Fidem huius rei praestat Papinianus l. 69 §. 4 ff de Iur. Dot. Gener inquit a sacerero dorem arbitratu saceri certo die dare non demonstrata re, vel quantitate stipulatus fuerat arbitrio quoque detracto stipulationem valere placuit, nec videri simile quod fundo non demonstrato, nullum esse legatum, vel stipulationem fundi constaret, cum intermodum constituendae dotis, et corpus ignotum differentia magna sit, dotis enim quantitas pro modo facultatum

B 3

patris,

*patris, et dignitate mariti, constitui potest.* Pater itaque respectu doris est debitor, genero vero non solum actio, sed etiam ius tacitae hypothecae in bonis promittentis ex legum dispositione competit. Cur vero excludimus generum a petitione dotis, et ipsi praerogatiuam quam reliqui creditores, quibus bona debitoris obligata sunt, sibi vindicant, denegamus.

### §. VII.

Obiicies forsan sententiam hanc equidem ex principiis iuris civilis defensionem admittere, ast fallere iure Saxonico secundum quod pater nisi expresse dotem promiserit, a dotis praestatione est immunis. Sed hoc non mutat causam. Sufficit etenim patrem expresse promisso dotem, hoc pactum genero perfectum tribuit ius, eodem modo, quo alii creditores nomina exigunt, debitum exequendi.

### §. VIII.

Nec defendit sententiam contrariam, quod promissio a debitore obaerato facta, nullius sit momenti, cum creditoribus contra alienationem in eorum praeiudicium commissam actio Paulina competit. Praecipuum enim requisitum ut eadem actio locum habeat, in eo consistit, ut tempore alienationis bona a creditoribus sint possessa. Ita enim ait Imperator

§. 6. de

§. 6. de Action. Item si quis in fraudem creditorum rem suam alioquin tradiderit, bonis eius a creditoribus possessis ex sententia Praesidis permititur ipsis creditoribus resciſſa traditione eam rem petere, id est dicere eam rem traditam non esse, et ob id in bonis debitoris mansisse. Antequam igitur oriatur concursus, qui creditoribus possessionem bonorum tribuit, libera potestas disponendi, nisi lege speciali aliud sanctum, competit debitori, quippe adhuc est dominus rerum suarum, et hinc inde, quicquid contraxit, quicquid promisit, postea existente concursu subsistit, nec impugnari potest. Praeterea etiamsi creditoribus tempore alienationis vel promissionis ius in bonis debitoris concedere vellemus, in negotiis tamen onerosis non solum ut Pauliana actio locum habeat, ad personam debitoris sed quoque alterius partis contrahentis, ut fraudis sit particeps respicere debemus. Quod testatur Praetor l. i. pr. ff. *Quae in fraud. Cred. Quae fraudandi causa gesta erunt, cum eo qui fraudem non ignorauerit.* Verba haec posteriora interprete Ulpian l. 10. §. 2. ff. d.t. ita sunt accipienda, altero, scilicet conscientia et fraudem participante, non enim si simpliciter seio, illum creditores habere hoc sufficit ad contendendam teneri eum in factum actione, sed si particeps fraudis est. Cum itaque dos titulum onerosum efficiat, non intellegitur cur generi causa deterior in concursu quam alio-

rum

rum creditorum habenda sit; cum lege 20. §. 1. ff.  
*Quae in fraud. Cred.* hoc exprimitur verbis, non magis quae in creditorem qui a fraudatore, quod ei deberetur acceperit, cum is indotatam vxorem daturus non fuerit.









V  
D  
18

Lipzg. Diss., 1774





### Farbkarte #13



P. 321

## EXERCITATIO IVRIDICA QVAESTIONEM

*Vtrum promissio dotis à patre  
facta, existente postea concursu  
creditorum effectum habeat;  
continens*

Q V A M

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. FRID. GOTTLIEB ZOLLERO

COD. P. P. O. ECCLES. CATHEDR. MARTISBURG. CAPITVL.

CVRIAE IN PROVINCIA SUPREMAE NEC NON FACVLT.

IVRID. ASSESSORE ET ACADEMIAE

DECEMVIRO

I N A V D I T O R I O I C T O R V M

D. X X. DECEMBERIS M D C C L X X I V.

PVBLINE DEFENDET

CHRISTIANVS HENNERICVS WEISKERVS

SCHLEIZA - VARISCVS.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

